

intrinsece ad formale consuetudinem peccati habitualis pertinere, non sequitur quod afferat hoc ipsum de Deo, ut agere illam non rempente.

23. Respondeo itaque concedendo peccatum habituale non esse, nisi ad reale prateritum moraliter permanentem, sed tota difficultas consistit in explicando fundamentum talis perseverantiae moralis, quid nempe sit illud, quod in voluntate remanet post peccatum commissum, ex vi cuius moraliter in eodem actu perseverare dicitur, concedo etiam illa tria in argumento enumerata posse fundate prudenter affirmari de permanentia peccati; nego tamen ultimam consequentiam, inde recte deduci, scilicet, illa tria concurrere ad componendum habituale peccatum intrinsece, & essentialiter ob rationes allatas; quia nimirum negationes illae, tam retractationis, ex parte hominis, quam condonationis ex parte Dei, supponunt peccatum habituale iam in suo esse constitutum; adeo ut secundum prudentem hominum estimationem non deducatur ex illis permanentia moralis peccati iam commissi, nisi extrinsece, & a posteriori; intrinsece vero, & essentialiter fundatur in obligatione, & dignitate ad penam subeundam pro culpa praterita, ex qua proxime, & immediate ortum duxit, quae licet sit effectus, vel passio consequens ad peccatum actuale prateritum, est tamen formale consuetudinum habitus culpe, & habens rationem mali moralis; quod volens, honestus coactus est Suarez quoque fatetur *disp. 8. cit. sect. un. n. 3.* & aptissime declarat exemplo, dum dixit, maculam in peccatore remanentem post peccatum peccatum non esse, quid distinxit ab habitu peccati, ac explicandam esse per moralitatem quamdam indignitatem, sicut qui in Republica exercet vilissimam munera v. g. Satellitis, vel Carnificis, licet postea illa non exerceat, manet moraliter infamis, ad hunc etiam modum se habet coram Deo, qui tenet peccavit, & in peccato facti; dignitas enim ad penam, quam in eo remanet post peccatum reddit eum infamem, & culpabilem coram Deo permanentem, etque odibilem, & inimicum; & ideo non oportet aliquid prius querere a quo formaliter peccator per modum permanentis dicitur, cum sufficienter intelligatur peccator per huiusmodi reatum, & dignitatem peccae ex peccato, quae etiam appellati potest dignitas inimicitiae, & odii Dei; nec aliud fundamentum prater istam reatum, ac dignitatem opus est investigare prudens estimationis de permanentia peccati, siquidem actio peccati in sola praterita prudenter censetur manere moraliter in tali obligatione, & reatu ad penam ex ea contracto, ut iustus infra.

23. Accedit ex Vulpio nostro hanc moralem permanentiam peccati prateriti non satis clare explicari per solam imputationem humanam, ac prudentem hominum estimationem; non quia, ut ipse ait, id genus permanentiae moralis sit quod proprie merito nullam habens a parte rei realitatem intrinsece denominantem veram, ac propriam peccatoem in ordine ad Sacramentum penitentiae veram, ac proprie remittentis culpam, non secundum solam humanam imputationem; Non, inquam, hac ratione, quia illa tria, scilicet, hominem peccalle non retractasse, & Deum non remisisse, est plane reale fundamentum, seu a parte rei, ut non sic dicitur homo peccator denominari; licet enim physice loquendo haec denominatio sit homini extrinseca; moraliter tamen est intrinseca, quatenus cum homine desinat, dignumque reddit odio divino, ac si actu existeret physice, vel intrinsece inhereret, nec enim maiorem imputationem Patres, & Concilia requirunt in rebus moralibus, quam moralem; neque majus fundamentum ad huiusmodi morales denominationes quam aggregatum fluidum quae fundantur, siquidem moralitas non distinguitur ab illis fundamentis, quibus insititur, ut dicitur etiam supra *disp. 59. art. 2. n. 26.* Ratio igitur, cur modus ille loquendi non placeat, ac Vulpes etiam inquit, est quia humana existimatio quantumvis prae se simpliciter, & absolute loquendo est fallibilis ex *Scoto 4. dist. 27. qu. 2. ad 1.* certitudo autem Sacramenti penitentiae verae, ac proprie peccatoem justificantis a culpis illi denominantibus, est physice infallibilis; licet enim non sit certitudo denominativa, est tamen certitudo facti, cui nequit subesse fallitas; quae ideo non satis est dicere in Sacramento penitentiae hominem justificari praesertim a culpis illi denominationibus secundum solam humanam existimationem, ac imputationem.

23. Secundo arguit Aringax ex doctrina generali in genere moris, quod scilicet multae res, quae physice praterierunt, eodem omnino effectu praesent, quos in actu existerent, ideoque merito dicuntur permanentes moraliter; ad id autem sola haec duo requiruntur, & quod fuerint ille res, & quod actu revocatae non sint sufficienter; seu ab eo, qui revocare efficaciter potest; ut patet in lege jam dicta, in praesens rerum materialis, in voto, in matrimonii contractu; quae tandem moraliter existerent, & durare dicuntur, quamvis revocata non sint; quod etiam patet de verbis jamdictis ad significationem impositis, quantum significatio durat, quia nondum re-

vocata est; ac etiam clarè patet in ahis materiis magis similibus praesentibus, etiam quod alium gravi affecit injuria, & nondum pro ea sufficienter exhibuit satisfactionem, nec aliunde veniam habuit ab offenso, dicitur, & tam verè est hodie moraliter dignus odio alterius, quam si actu eum offenderet, & semper gaudeat debitor satisfactionis, & poenae; uno verbo, formaliter omnes eodem effectu praesent praesentia, praeterita, quos actu praesent, dum physice existerit; ergo merito ea res iudicatur moraliter existerent, & permanente; Quod brevius Salas dixit in humanis tantum dicitur, quae esse in culpa respectu alteri quamvis non accipit remissionem ejus, nec sufficienter pro iniuria, & offensa satisfecit; ergo idem est in divinis.

23. Respondeo, ut ad praecedens sigillatim concedendo illa duo sufficere ad permanentiam moralem offensa jam physice praesentis in sensu jam explicato; quia nimirum ex illis duobus a posteriori colligere licet, innotuit, & offensam illam adhuc moraliter permanere, non autem quia peccatum habituale in illis duobus formaliter, & essentialiter consistit; consistit enim in praesentibus formaliter, & essentialiter consistit; consistit enim in praesentibus in hoc ut etiam in suo discursu coactus est Aringax fatetur, quod semper censetur debitor satisfactionis, & poenae; & in hoc debito satisfactionis, & poenae, tanquam in formali consuetudine habitualis culpe tota fundatur moralis permanentia peccati physice praesentis, ut consentit Oviedus in nostram sententiam libentissime descendens. Dicit, tantum censetur peccator debitor satisfactionis, & poenae, quantum non sufficienter satisfecit, nec veniam, vel remissionem accepit ab offenso; ergo debitor, & obligatio satisfactionis, & poenae supponit non retractationem culpa, & quatenus non remissionem, ut cautum, ideo enim est debitor, quia non satisfecit; ergo moralis permanentia culpe prius fundatur in illis negotiationibus, quam in ipso debito, & obligatione satisfactionis, & poenae, quae ideo per illas peccatum habituale formaliter, & essentialiter consistit.

23. Respondeo verè in hoc consistere totum huius controversiae punctum, ut notavit Oviedus *contro. 2. cit. n. 38.* ubi proinde inquit plane verum esse peccatum ab actuale non addere supra actionem prateritam, nisi obligationem satisfactionis, vel poenae dignitatem in peccatore post actum prateritum remanentem, & rursus verum esse, nos necire huiusmodi obligationem explicare, nisi per negationem satisfactionis, & condonationis, ideo enim censetur quis debitor poenae, quia non satisfecit pro culpa, nec veniam ab offenso accepit; si tamen possemus huiusmodi obligationem explicare independentem ab his negotiationibus peccati independentem ab his negotiationibus per solam praesentem obligationem ad penam, quia in sola tali obligatione consistit, si verè per duas illas negationes explicetur, si verè non; Quamvis autem, inquit, haec obligatio satisfaciendi, in qua moraliter perseverat ipsa iniuria iam transacta, sit cum his negotiationibus complicata, eaque involvat iuxta nostrum concipiendi modum praesentiam tamen in hac obligatione, inquit Oviedus, rationem peccati habitus consistit, & per eam immediate rursus essentiam explicare, quam per eas negationes, tum quia omnis negatio ad affirmationem reduci debet, non e contra, tum quia in non illa, sed immediate in illis negotiationibus ratio peccati habitualis inveniatur, difficillimum est explicare, quodnam sit obiectum voluntatis condonantis, seu condonationis, ut dicitur *n. 27.* cui difficultati adhuc plenius latius inferius *n. 355.*

23. Tertio arguit Salas lect. 4. ad tantum est de offensa peccati habitualis, quod reperitur in puris naturalibus, at in puris naturalibus privato gratia non foret, sed tantum peccalle ac non sufficienter compensasse, nec accepisse remissionem peccati, ratione quarum negationum actuale peccatum censetur moraliter manere; ergo peccatum habituale absolute loquendo consistit tantum in peccato moraliter permanente, id est, non retractato, nec condonato; Confundit de essentia peccati venialis habitualis est solum peccasse, & non accepisse remissionem peccati, nec sufficienter illud compensasse; & ideo magis dignum punitione, & in hunc hunc modum licet non possit moritur accipiendi; ergo finaliter de essentia peccati moralis habitualis est solum peccasse, & nondum compensasse, nec condonationem accepisse.

23. Respondeo ex dictis, quod tantum in puris naturalibus post peccatum prateritum praesentia negationes manent, in quantum in peccatore manent obligatio satisfaciendi pro culpa commissi, in qua obligatione negationes illae complicatae sunt, & involuta, & quia negatio ad affirmationem reducitur non e contra, ideo commodius explicatur ratio habitualis peccati immediate per obligationem ad penam subeundam pro culpa, quam per praesentem negationem retractationis, & condonationis; sicut Oviedus hoc concedendum esse ab omnibus adferribus peccatum habituale esse actum prateritum non condonatum, seu non retractatum efficaciter; hinc enim idem prout importat, quod peccatoem esse debitorem poenae, quousque condigne satisfecerit, cuique remissionem accepit, unde in tali debito, & obligatione satisfaciendi

di prout ratio peccati habitualis consistit, si verè per eas negationes talis obligatio explicetur, si verè alio modo. Ad Conf. dico idem pariformiter dicendum esse de peccato veniali habituali servata proportione, obligatio namque correspondens culpa veniali, cum sit proxime ex peccato derelicta, habet rationem reatus, & culpa, ut satis infra explicabitur in proponenda Scoti sententia.

287. Quarto arguit quia optime explicatur, quomodo peccatum habituale non sit, nisi ipsam actuale physice praesentem ac veluti moraliter continuatum, quocumque alio sedulo prater illas negationes; quomodo nempe privato relictudinis, debita actu conservetur in voluntate, ut activa, & etiam ab ipsa met voluntate, ut activa; & inter voluntatem enim producendum actum peccati, & ipsam peccatum post actum est quasi respectus facientis, & conservantis ad factum, & conservatum ut Scotus explicat *4. dist. 46. quest. 4. D.* qua est veluti habituale productio illius; nam licet conservatio creaturae a Deo dici potest habitualis creatio, quatenus per eam permanet in eo esse, quod accepit; ita cum homo convertitur ad commutabile bonum inordinatè, quod est peccare, a qualiter efficit peccatum; & transacta productione manet peccatum in esse accepto moraliter conservatum a producente illud, qui habitualiter manet conversus ad commutabile bonum, donec per contrariam voluntatem respiciat; & foverit illud peccatum ad eum modum, quo contrahens ipsam fovet, & habitualiter conservat consentium ea per specificationem ac tribus contrariis recedat ab eo, ut passim etiam constat in aliis contractibus humanis.

288. Respondeo negando assumptum cum ejus probatione; imò ex adducto exemplo sponsalium, contractuum, legum, & votorum, manifestè illa non aliam moralem permanentiam habere nisi quam obtinere censetur in obligatione, quae ex illis nascitur, & obligatione deficiente deficient; haec enim est permanentia moralis, quae requiritur in voluntate, qua matrimonium contrahitur, vel votum emittitur, alique contractus celebrantur; haec enim in voluntate permanent moraliter quousque dissolvitur obligatio per actus praeteritos jam contracta: imò haec obligatio talis est, ut non a quoocumque nec quoocumque actu contrario retractari possit, sed tantum ab eo, cui tali res, vel contractus iam quasi subest: sic permanent voluntas, & obligatio, qua quis votum emittit, & dissolvitur non quidem per actum contrarium ab ipso elicitum: sed per adimpletionem, vel relaxationem, aut dispensationem ab eo factam, cui votum subest sic pariter voluntas, qua quis matrimonium contrahit, quantumvis toto affectu velit homo illum retractare, illamque elucisive penitet, moraliter permanet, donec morietur alterius conjugum dissolvatur, sic etiam in humanis, ut in materia magis simili exemplificemus, actus iniuriosus, quo quis alterum offendit, tantum habitualiter permanet, quamvis permanet debitum, & obligatio satisfaciendi pro tali iniuria, qua extincta obligatione, totum quoque injuria ipsa extrinsece censetur, nec ille, qui offensa intulit, dicitur amplius alteri iniuriosus; Sic ergo pariter dicendum est in proposito de peccato, quod est offensa Dei, quod tantum moraliter permanet, quamvis manet obligatio satisfaciendi pro peccato & subeundi poenas impositas, & per hunc modum permanenti moraliter in obligatione dicendum est permanentem peccatum prateritum; non autem physice in ipsa actione peccaminosa actu existente, ut significare videtur exemplum in argumento inductum de prima rei productione, & ejusdem conversatione per continuatum physicum influxum, quod est penitus ab re.

289. Neque ad rem facit, quod ex Soto adducitur *4. dist. 46. quest. 4.* solum enim ibi inquit Doctor, ipsam voluntatem voluntate continuantem esse causam demeritoriam ejus quod est Deum non remittere; & vel ipsam ipsam voluntatem quando consistit, hoc demeruisse, licet non semper postea actum illum peccati continet; Imò cum inquit culpam continuatam sine remissione non esse peccatum inflicta, sed culpam derelictam, si verè remissam, vel desertionem peccatoris in tali culpa; oppositum omnino significat ejus, quod argumentum intendit, nam Deum non remittere culpam habituales inquit Doctor idem esse, quod Deum deserre peccatoem in culpa, sed per hoc quod Deus desinit, vel derelinquit peccatoem in culpa, & peccato permanentem, non consistit peccator in esse peccatoris; sed jam supponitur peccator, & habens in se maculam permanentem, ergo ex doctrina Scoti ibidem non potest peccator consisti in esse peccatoris per negationem remissionis, vel non donationis, sed licet culpa continuata, & permanentem supponitur ipsi videtur desertioni, ita etiam supponitur illi negationi.

290. Quinto tandem arguit nonnulli Scotistae, quibus haec Recentiorum opinio aridet de permanentia peccati per duas illas negationes explicata, quia Scotus *4. dist. 14. qu. 1. art. 1.* supponit aliquid manere in peccatore ex praeterito actu peccati delictum per penitentiam delendum; cum ergo non sit quid po-

nitivum absolutum, vel respectivum, restat ut sit sola realis denominatio extrinseca a peccato praeterito non retractato, nec remisso, a nobis concepta per modum formae inherens. Et rursus *dist. 16. qu. 2.* ab initio docet, praesertim actu peccati hominem denominari peccatorem a multis culpa commissis; ergo gratis negatur denominatio peccatoris a culpis praeteritis non retractatis, neque dimissis. Respondeo concedendo Scotum ibi admittere, aliquid reale remanere in peccatore post actum peccaminosum prateritum, a quo talis denominatio formatur; non quidem reale physicum, sed reale ea realitate, quae ad genus moris pertinere potest ratione fundamenti, cui moralitas innititur; haec autem non est illa pura extrinseca denominatio a peccato praeterito desumpta, quod est peccasse, quia haec etiam remanet post peccati remissionem; sed est dignitas ad penam, vel obligatio satisfaciendi, cui obnoxius manet peccator quousque satisfaciatur, ac veniam a Deo accipiat, & per extinctionem talis obligationis remittitur peccatum, ut infra patebit nostram sententiam explicando. Ad alium locum, si hoc ibi Scotus asserit, non aliter esse intelligendum, quam modum explicato, quod, scilicet, a culpis commissis denominatur peccator, non per puram denominationem extrinsecam, quae est peccasse, sed ratione obligationis ad satisfaciendum pro culpis commissis, quod obligatio, quod obligatio, quod obligatio proxime, & immediate orta, quamvis manet in ipso, ipsum denominatum reatum, non tantum reatu poenae, sed etiam culpa, ut infra.

ARTICVLVS QVINTVS.

Examinatur modus dicendi quorundam Scotistarum.

Peccatum habituale nisi aliud esse, quam peccatum actuale, si verè, cujus commissio physice iam praecessit, moraliter permanentem, nec malitiam aliam addere prater illam; quae fuit in instanti, in quo fuit commissum, quae moraliter permanent dicitur, est apud omnes in confesso; Sic etiam quod prater peccatum habituale non est homo majori poena dignus quantumvis peccatum duret, quam fuit in illo instanti, in quo peccatum fuit actuale; dicunt autem praesertim propter peccatum habituale, quia si occurrat praecipuum de justificandi, aut expellendi habituale peccatum, & hoc modo facere negligat, jam erit majori poena dignus, quia committet aliud actuale, dum quantum in se est, non facit ad antiquum delictum; novo tamen actuali non supervenienti, nunquam habitualis permanentia per se malitiam, aut dignitatem ad penam novam auget; in hoc, inquam, conveniunt omnes nemine discrepante, ut notat Oviedus *loc. cit.* Tota autem difficultas est, quidnam sit hoc peccatum actuale prateritum moraliter permanentem; quid sit haec ejusdem moralis permanentia; in quo permaneat, quid remaneret in peccatore post actum prateritum; & quid tandem habeat voluntas ex vi cuius moraliter in eodem actu perseverare dicitur. Thomistae ut vidimus supra, dixerunt actionem peccaminosam prateritam moraliter permanere in privatione habitualis gratiae, ut proxime, & immediate ortam demeritorie ex peccato commissio; Scotistae vero dixerunt moraliter permanere in obligatione satisfaciendi, vel dignitate ad penam, ut immediate & proxime ex peccato praeterito contractam; Recentiores autem communiter sunt opinati permanere moraliter ratione illius duplicis negationis, scilicet, non retractationis ex parte peccatoris, & non condonationis, vel remissionis ex parte Dei; adeo ut peccatum actuale prateritum non retractatum a peccatore per penitentiam, nec a Deo remissum per condonationem, aut gratiae infusionem; sit ipsum peccatum habituale, sed moraliter permanentem.

Verum quia Thomistae, ac Recentiores passim gravissimè censurati Scoti, & antiquorum Scotistarum opinionem notant, ut infra patebit; hinc Recentiores Scotistae his minis, atque clamoribus praeriti, germanam, ac genuinam Doctoris iustitiam sententiam deserentes, aliqui in opinionem Recentiorum aperte descenderunt; alii verò ne ita aperte sententia Magistris viderentur recedere, ac in Recentiorum placium iunctis pedibus descendere, si non in re, saltem in verbis conati sunt ab eis desistere; Itaque aliqui in manifestis dixerunt peccatum moraliter permanere in peccatore post actionem physicam prateritam, aliud non esse, quam Deum non credere juri suo, quod ex peccato acquisivit, sed illud retinere ad puniendum peccatoem; quando enim peccator peccat, acquirit Deus jus puniendi peccatoem, & quousque tali juri non cedit, censetur peccatum moraliter, vel theologicè, ut illi loquuntur permanere. Alii verò negant consuetudinem peccati habituales includere ordinem ad jus ex parte Dei averrendi se a peccatoe, vel ad Deum, ut illi indignatur, & dicunt hoc habituale consuetudinem peccatoris adquiret esse ipsum delictum numero peccatum physicè praeteritum, verè a parte rei theologicè.







acutissimus, loc. cit. contr. 8. quæst. 4. n. 33. his Juniorum dicitur...

304 Quod ad huc, ut melius, & altius intelligatur observandum est cum Gavatio dicitur...

304 Hinc bene dedit Gavatio loc. cit. quo pacto intelligendus sit Doctor, cum inquit...

explicitum manet, quomodo divina voluntas non sit ponenda causa proxima, & immediata illius passivæ obligationis...

Ex qua doctrina satis evidenter constat iuniore Scotistas abique rationabili causa à Scoti sententia recessisse, & timore...

307 Sed videamus jam, quid Scotista recentiores respondeant ad locum citatum Scoti...

318 Fallam tamen est Scotum loc. cit. non loqui de formali peccatoris constituto, siquidem in hoc sententia, & ad hunc finem...

habitualis; sed est ipsa habitualis culpa formalissimè sumpta, qua formaliter peccator in esse peccatoris constituitur...

409 Deinde, quod ibi Doctor locutus sit de peccato habituali formaliter, & non casualiter, inde constat, quia in aliis locis, ubi contingit occasio loquendi de formali constituto peccatoris...

310 Respondent proinde alij Scotista concedendo Scotum loc. cit. dist. 4. quæst. 1. esse locum de constituto formali habitualis culpa...

311 Cæterum Scotum in ea doctrina stabilem fuisse, ac firmiter adhaerente sententia, quam de peccato habituali docuit...

14. q. 1. clarè demonstrat Gavatio dist. 1. c. 3. scilicet, quæ varis locis hinc inde collectis, quos percurrere non ptegit...

Explicantur Scoti auctoritates adductæ.

Neque loca in oppositum adducta sunt difficilis explanationis Ad primum constat ex proprie dictis esse ad opussum...

313 Verùm sic dicendo difficultas à Soto proposita contra primum respondendi modum non solvitur, quia Sancti non tantum in peccato mortali distinguunt remissionem culpæ à solutione...



quia loquitur de pena eterna, eiusque remissione, ac commutatione in temporalem. Dices, quod licet per hoc in utroque peccato sufficiat assignetur ratio mali, culpae, & pena, ac utriusque remissio, non adhuc tamen sufficiat declarari, quomodo Sacramentum penitentiae remittat culpam, & penam utriusque ex opere operato, quia pars pena temporalis, quae remanet, tollens est per satisfactionem, & opera iniuncta, vel per indulgentias.

314 Respondetur, dici posse Sacramentum ex opere operato remittere utramque peccatum quoad culpam, & penam, quatenus non tantum committit totam penam peccato debitam eternam, vel temporalem, in maiorem quam ei debetur, & remanet delenda per satisfactionem, & ex opere operantis, quae dici potest remissio, quoad culpam, quia est remissio obligationis ad penam condignam, & culpa commissa aequalem; sed etiam ex opere operato demit aliquam partem pena minoris remanentis, in quam commutata est tota pena peccatis debita, quod satis clare colligitur ex Concil. loc. cit. dicente per Sacramentum penitentiae non totam semper dimittit penam temporalem, ut fit in baptismo; per quod innuit virtute Sacramenti, & ex opere operato tolli saltem aliquam partem peccati remanentis, in quam commutata est tota penam iam peccato debitam, sive aeterna fuerit, sive temporalis, ut etiam docet Navar. in Manuali c. 1. m. 40. Dices Concil. ibidem non tantum in hoc sensu, sed etiam in ordine ad ipsam penam aeternam distinguere reatum penae a reatu culpae, cum inquit: virtute Sacramenti penam aeternam una cum culpa remittit, quod etiam replicat can. 20. Respondetur obligationem ad penam aeternam dupliciter considerari posse, vel per habitudinem ad peccatum aeternae praeteritum, cuius est effectus, & hoc modo habet rationem culpae; vel per habitudinem ad ejus terminum, scilicet, ad penam; & hoc modo habet rationem penae, & quia haec duae formalitates in illa eadem obligatione passiva sunt simul connexae, ideoque diuina voluntas utique non habere rationem solum remittit sub ratione penae, sed etiam sub ratione culpae, nec potest remitti unum sine alio, quia ratio meriti dicit Concilium penam aeternam una cum culpa remitti, & merito distinguit reatum culpae a reatu penae, quia licet sit una, & eadem obligatio, foris tamen rationem huius, & illius per diversas habitudines, eo fere modo, quod dicit Arist. 3. Phyl. eundem motum ad actionem, & passionem, sed per diversas habitudines; & haec distinctio sufficit ad salvandum modum loquendi Concilii, & Patrum, distinguendum reatum culpae a reatu penae, de qua distinctione rursus infra redibit sermo n. 335, & iam dixi disp. 5. n. 99.

315 Ad tertium locum ex 4. dist. 22. qu. unic. art. 1. constat ex dictis n. 309. esse ad oppositum, cum ibi constat esse verum, quod superius dixit dist. 14. q. 7. post actum peccati praeteritum non manere in anima prae carentiam gratiae, quae dicitur iniuncta habitualis, nisi obligationem passivam ad penam culpae actuali correspondentem; Rursus distinguit ibi culpam ab obligatione penae, in sensu nunc declarato, & inquit eam obligationem, prout est a divina voluntate utique non habere rationem culpae habitualis, sed tantum ut est reatus ex culpa actuali confectus proximè, & immediatè, quo etiam modo dicere solent Thomistae privationem gratiae, prout est physice a divina voluntate esse penam; ut, verò est demeritorie a peccato actuali, esse culpam. Ad 4. locum respondetur per idem, quod etiam ibi distinguit culpam a pena, & ab ordinatione ad penam aeternam in sensu iam declarato; & cum illa eadem passiva obligatio foris tamen rationem culpae, & penae per habitudines diversas, & ad diversa; inquit quod ideo illa obligatio in damnatis durat sub ratione penae, quia durat sub ratione culpae; Ad ult. potest in primis negari paritas assumpta in maiori de peccato actuali, & habituali, cum sint omnino diversae rationis; si quidem illud consistit in inferri, & in esse transeuntis; hoc autem in facto esse, & in esse permanentis; illud est in se formaliter voluntarium, hoc verò in causa duntaxat, illud est causa istius, quae vocatur, & hoc effectus; quando autem Doctor 2. disp. 37. ait peccatum esse formalem privationem certum ad loqui de peccato actuali, non verò de habituali: Potest etiam negari minor; quavis enim illa obligatio passiva videatur quid positivum rationis importare, nihilominus tamen vera privationem involvit; etenim ex Scoto 4. disp. 16. sicut amicitia per gratiam est ordinari ad vitam aeternam, ita inimicitia per culpam est ordinari ad penam, inimicitia verò privationem amicitiae importat, & aversionem a fine supernaturali, quae pariter aversio dicitur privationem conversationis supernaturalis, ut notat Doctor 4. dist. 22. lit. S. Alias praeterea auctoritates Scoti à Vulpio, & recentioribus Scotis adductas contra nostram sententiam minoris momenti, vide solutas, & explicatas apud Gavarium cap. 3. cit.

316 Pro complemento inquisitionis huius de vera Scoti sententia in materia de peccato habituali remanent solvenda nonnulla, quae obicit Valquez p. 2. disp. 139. cap. 2. ad probandum

explicationem superius allatam, nimirum de mente Scoti, habitalem culpam in dignitate, & ordinatione ad penam consistere, non quatenus physice est a Deo, sed quatenus moraliter derelinquitur ex actu peccaminoso transeuntis, non esse de eius mente, quia ipse nomine reatus nuncquam explicat dignitatem proveniente ab ipomet peccato, sed obligationem ornam ex Dei voluntate, quae autem dicitur dignitate, quia aliquis ob ipsa peccata dignus est supplicio, ex Dei voluntate pendere; alioquin fieri posset, prout Deo placeret, ut ille qui actu peccaret, maneret pena dignus, vel non, quod est maximum absurdum: neque enim homo dignus est pena, quia Deus vult, sed quia ipse dignus se fecit, ita ut peccans non possit non se facere dignum tali pena; tamen si Deus posset, si vellet ipsum non punire. Confirmatur, quia si de hac dignitate supplicii, quae nascitur ex peccato, non ex voluntate Dei, loqueretur Scotus; quo pacto diceret possit sola voluntate Dei aeterni possessionem illa provenire ex eo quod homo peccavit, non ex eo, quod Deus illa decrevit; commissio semel peccato, qui fieri potest, ut sola Dei voluntate tollatur?

Respondetur negando assumptum, quia apud Scotum idem est aliquid esse ad penam ordinatum, & esse pena dignum, ideoque in ejus sententia dignitas penae pro culpa, & ordinatio passiva ad penam ex peccato contracta convertuntur, quod quavis ex pluribus fide doctrinae locis deduci possit, luculentissime tamen colligitur ex his quae habet 4. dist. 16. qu. 2. in corpore quaestiois, ubi infra Thabet, quia voluntas divina pro instanti pro quo ille peccat, & pro toto tempore habito ulque ad instanti, vult illum esse puniendum, non prout puniendum est participium futuri temporis passivi, sed prout est nomen id est, vult illum esse dignum puniri; & statim subiungit infra K. Per hoc patet ad illam probationem de intellectu divino, qui scit illum ante remissionem esse dignum pena, & post remissionem non esse dignum, hoc enim non est aliud, quam scire esse ordinatum ad penam. Imò hoc ipsum deducitur ex illa dist. 4. q. 2. art. 1. ubi ait, quod ordinatio ad penam, ut est de conveniens ipsi animae, dicitur eius macula; certum autem est ordinationem ad penam esse animae disconveniens secundum affectionem iustitiae, & quatenus natura rationalis est, prout provenit ex ejus demerito, non autem prout a Deo ei iuste infligitur. Ad primam assumptam probationem, licet verum sit simpliciter, & absolute loquendo, neminem esse dignum pena, quia Deus vult; Deus enim quantum est ex se neminem vult esse esse pena dignum, & ad penam ordinatum, sed potius vult esse ipse homo vult fieri pena dignus per legis transgressionem, & suppositionem tamen, quod homo peccaverit, dici potest, quod velit ipsum punire, ac velit etiam ipsum esse dignum puniri, ut dicebat Doctor 4. dist. 16. q. 2. infra 1. & in hoc sensu dici potest etiam dignitatem ad penam ex Dei voluntate pendere remote, & indirectè, & ex suppositione actus peccaminosi, sed quia in communi modo loquendi non dicitur Deus causa carum rerum, quas solum vult ex suppositione nostri peccati, ideo non dicitur Deus esse, qui facit hominem reum, & pena dignum, sed homo ipse le reum constituit per legis transgressionem, & stante lege non potest facere, quin homo legem transgressorem sit reus culpae, & dignus pena, licet possit velle, vel non esse puniendum peccati cedendo, vel non cedendo iuxta suam vindictam offensam. Ad aliam probationem dico, quod licet stante lege non possit facere Deus, quin homo legem transgrediens sit dignus pena juxta per legem statuta, tamen enim dignitas resultat in peccatore veluti ex natura rei, supposita lege potest tamen penam de facto infligendum totaliter condonare cedendo ipsi suo etiam nulla ex parte peccatoris satisfactione precedente, aequè enim destruitur obligatio per satisfactionem, vel solutionem exhibitam a debitore, & per condonationem debiti a creditore factam.

Dices, aliud esse Deum velle puniri peccatorem; & aliud est hominem esse reum punitionis, ac pena dignum; transeuntis actus peccaminoso potest huiusmodi velle, vel nolle punitionem peccatoris; at stante lege non potest facere, quin homo legem transgrediens sit reus culpae, & pena pro culpa, quousque debita sit soluta, vel dimissa, ergo illa culpa habitualis in ea dignitate consistit, etiam si Deus nolit de facto puniri peccatorem, aut ipsum esse puniendum, ut est participium futuri temporis, adhuc in eo culpa habitualis perseverabit, eam sit a peccatore inelaptablem; sic ut enim in bonis operibus, etiam postquam physice transeunt, non potest Deus auferre dignitatem ad praemium, ita etiam neque in peccatis auferre potest dignitatem ad poenam; cum ergo dicat Scotus posse sola Dei voluntate maculam ab anima auferri, non potest de tali dignitate ad penam esse locutus se de obligatione ad penam ex Dei voluntate oriri. Resp. jam dictum esse n. 305. quod cum Scotus docuit peccatum habituale consistere in reatu, & obligatione ad penam, pro reatum non intellexit esse ordinationem aliquam divinae voluntatis, quae ipsum actum peccati subsequatur, adeo quod homo prius intelligatur peccare, deinde divina voluntas ipsum ordinat ad penam; sed intelligi debet hanc obligationem induci per voluntatem illam anti-

aniquam, qua antecedenter ad omnem actum malum universaliter peccatorem quemcumque obligavit ad penam per functionem legis, quam obligationem in contritio homo eo ipso, quod peccat, & legem transgreditur, alique novo divina voluntatis decreto, unde eo ipso dicitur dignus pena, ordinatus ad poenam, & puniendus, accipiendo hoc participium nominaliter, ideo non requiritur potest dari casum, quod possit in peccatore reperiri ratio pena dignitatis & Deus nolle ipsum punire, aut esse puniendum, quia hic actus destruit illum priorem, quo universaliter, & antecedenter voluit quemcumque legis transgressorem esse puniendum, sed in eo tantum sensu potest Deus se solo auferre huiusmodi reatum, & obligationem, quatenus condens legem potest illam destruire, declarare, dispensare, & penam totaliter condonare; quare si Deus ita cum peccatore legit gereret, non deberet ille censeri amplius legis transgressor, ac dignus pena, quia cum eo jam Deus legit dispensasset, & penam totaliter condonasset, adeo non amplius esset puniendus nec participialiter, nec nominaliter, ac proinde nulla in eo macula habitualis remaneret.

319 Dices iterum: deus vult; quod aliquis peccando sit legem Dei transgressus, ac proinde sit pena dignus, & passivè ad poenam obligatus ob culpam commissam, & nihilominus nolle Deus illum punire, cedendo iuxta fidei vindictam offensam; jam per talem penam condonationem macula habitualis destruitur in eo, quia ut dicebamus, eque destruitur obligatio per satisfactionem, seu solutionem exhibitam a debitore, & per condonationem debiti a creditore factam; ergo secundum Scotum macula habitualis non consistit in eadem tamen ad penam, quae velint ex natura rei sequitur cum peccatore supposita legis transgressione, sed in denominatione extrinseca ex sola Dei deputatione ad penam proveniente; Respondetur, ut dixi, casum non esse possibilem, quia hic actus destrueret illum priorem, quo universaliter, & antecedenter voluit quemcumque legis transgressorem esse puniendum, & ex suppositione sui peccati velle eum punire; neque dari potest talis actus in Deo, quo dicitur, & formaliter vult punitionem peccatoris, sed solum indirectè, & ex suppositione, quod tali deputatione se fecerit peccando obnoxium, unde nequit Deus à tali deputatione cessare, nisi legem ipsam dispensando cum eo, qui transgressus est, & totaliter penam condonando, ac penae obligationem, quo pacto tollitur non solum ordinatio ad penam à Deo facta, sed etiam pena dignitas, & obligatio ad penam ex culpa ipsa a peccatore contracta, nec dari potest casus, quod illa ceteris illa remanente, ut assumitur in instanti, ob rationem allatam. Satis ergo constat ex dictis, quid sit intelligendum ad Scoti mentem per dignitatem, vel obligationem passivam ad penam, in qua culpa habitualis formaliter statumus; intelligimus enim illam, quae proximè, & immediatè sequitur demeritorie ex commissa culpa, & in peccatore relinquitur, quae quando durat, ac permanet in peccatore, tamdiu durat dicitur, ac perseverat ratione ipsius moraliter, culpa ipsa praeterea; nec alius moralis rationalior ipso assignari potest, quo declaratur haec moralis permanentia culpa praeterea, quam iste, quod perseveret in obligatione passiva, seu dignitate ad penam, quam post se in peccatore relinquit, veluti effectum ad culpam ex natura rei consequentem; sed de hoc rursus infra n. 329.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Prædeklarata Scoti sententia de voluntate, & ratione stabilis.

320 PRIMò probatur ex variis Sacrae Scripturae testimoniis, in quibus peccatum habituale appellatur reatus, quod nomen optime quodammodo obligationi satisfaciendi, vel sustinendi penam pro peccato commissio, Exod. 32. *perussit Dominus populum pro reatu vieniis* Deuter. 32. *aspiravit ab eis reatus sanguinis*, & nihil frequentius in Scriptura. Respondent Adversarii utique peccatum esse reatum, sed culpam, non penam, qui quidem reatus penae est obligatio ad penam aeternam, inferre autem peccatum esse reatum penae ex ea, quod est reatus, est fallacia accidentis, & arguere à superiori ad inferius affirmative, verbi gratia est animal; ergo rationale: quare istro concedunt peccatum habituale esse reatum, & quidem culpam, non autem penam. Contra, quia Scriptura loquitur de reatu penae, & de obligatione ad penam, quomodo vocat culpam, & intelligit esse culpam, non quidem reduplicative, quatenus ad penam tendit, quia sic est reatus penae, sed quatenus ex actu malo praeterito resultat, sic enim est reatus culpae, ut inrequerit inculcatur est supra; Significatur, inquam, Scriptura peccatum non tantum nomine reatus, sed etiam debiti, & obligationis ad satisfaciendum, vel sustinendam penam pro culpa commissio Matth. 5. *reus eris iudicio*, *reus eris gehenna* Matth. 6. *dimittite nobis debita nostra*, id est, peccata, ut exponunt Aug. Cypria-

nus, & omnes alii de oratione dominica agentes: Auctorum 8. *in felle amaritudinis*, & *obligationem unicuique video esse* Matth. 8. *oblati sunt ei unum, qui debebat esse decem milia talenta*, in quibus locis peccatum habituale significatur nomine debiti, & obligationis utique ad penam pro culpa actuali commissio; unde Berchorius in suo repertorio moralium verbi *Rus* testatur in facta scriptura nomine reatus intelligi peccatum, seu obligationem non ad penam debitam pro peccato; & Macrobius in suo dictionario scripturali super Deuteronomium cap. 21. reatum per obligationem ad penam explicat, ergo Scriptura vera per reatum intelligit obligationem ad penam, quam in eodem esse culpam, ut proximè, & immediate ex peccato commissio resultat.

321 Respondetur rursus, quod quando facta Scriptura sic loquitur, intelligenda est de reatu penae casualiter, & radicaliter, explicando causam per suam effectum; Quis autem non videt hanc esse meram fugam, quia nedum Scriptura, sed etiam Patres ita loquuntur de culpa habituali, ut statim dicemus; & quidem verisimile non est, quod saltem Patres id non advertissent, quod quando Scriptura appellat peccatum, reatum, debitum, & obligationem passivam ad penam, non loquitur formaliter, sed casualiter, & explicat causam per suum effectum notoriorem; hoc inquam, non advertunt, sed uniformiter cum scriptura loquuntur, ergo intelligenda est in sensu formalis, qui est magis proprius, si aliud non obstat, sicut re vera non obstat, non autem in sensu casuali minus proprio; Notat verò hic Quivèd, haec, & alia testimonia aduci solere pro sententia constituyente peccatum habituale in dignitate ad penam melius autem adduci posse pro sua sententia, cum obligationi Deo satisfaciendi optime conveniant nomina reatus, debiti, & obligationis quibus peccatum in scriptura significatur; Quorsum tendat haec animaversio non video; nec quid diverum ipse intelligat per obligationem satisfaciendi Deo pro culpa commissio ab eo, quod nos intelligimus per obligationem ad penam sustinendam pro delicto peccato, nam hec satisfactio condigna sit regulariter per opera bona, aliud nisi obligationem illam ad satisfaciendum pro peccato commissio explicat in sensu nostro, non video quam veritatem habere posse hanc opinio; nam si peccatis intelligit satisfaciendum per actionem compensativam de condigno pro injuria illata tunc penitentis post abolitionem à sacerdote receptam de peccatis confessis, adhuc peccator diceretur, quia ex impositione Sacerdotis manet obligatus ad satisfaciendum Deo pro opera iniuncta, tum quia in damnatis perseverantia mortalia hic commissio, & in purgatorio perseverantia quaedam venialia, & tamen non manet obligatus ad satisfaciendum per opera bona compensatoria illata injuria; cum non sint in statu mereandi, vel demerendi, sed tantum manet in eis obligatio ad satisfaciendum, vel sustinendam penam pro peccatis hic commissis; Ut ergo Ovidius, *neque habituale culpam formaliter consistere in obligatione satisfaciendi Deo pro illata injuria, debet obligationem illam explicare in sensu nostro*. Possent etiam in favorem nostrae sententiae adduci loca, in quibus Christus dicitur satis esse pro peccatis nostris, nam satisfactio sit pro debito: ergo peccatum est debitum, quod exinguitur satisfactio.

322 Secundo probatur ex Patribus, quorum alii dicunt Deum remittere peccatum esse idem, atque peccata regere, & non imputare, sive nolle illa animadvertere, & punire, alii dicunt peccato actu de remanere reatum, nam transeuntis mala operatione nihil aliud remanet, quam reatus, alii tandem dicunt, quod, hominem non esse peccatorem sit hominem non manere in reatu; igitur ex SS. Patribus peccatum habituale nil aliud est, quam reatus; antecedens probatur clarissimis testimoniis à Gavatio nostro pro extenuis adductis disp. 1. cap. 3. art. 2. & praefertim unius instar omnium Patrum D. Augustini, qui l. 1. de nuptiis cap. 26. ait, hoc est non habere peccatum, reatum non esse peccatum, nam si quis v. g. fecerit adulterium, quamvis deinceps nunquam faciat, reus est adulterii, donec reatus ipsius indulgentia remittatur, reus est, nisi remittatur, sed quomodo manent, si praeterita sunt, nisi quia praeteritum actus, manent reatu, ubi Aug. hominem reatum plane intelligere videtur dignitatem obligationem, & debitum penae resultans ex actu peccati, eamque dignitatem peccata esse habituale peccatum; Et l. 6. contra Iulianum cap. 8. ait, sacrificium Idolis factum, si deinceps non fiat, praeterit actus, sed manet reatus, & illum reatum vocat impietatem, & iniquitatem; si etiam loquitur, & adhuc expressus in enarratione ipsa. 31. & eodem quoque modo loquitur de originali reatu, cap. 15. ubi illud vocat reatum, ut fuisse ostendi disp. 1. quae 6. art. 3.

323 Respondent Adversarii SS. Patres loqui de peccato, prout à nobis facilius est intelligibile, dum dicunt illud manere reatu vel quod nomine reatus intelligunt reatum radicale, non formalem, id est, causam obligationis passivae, non ipsam obligationem; Vel tandem loqui de peccato habituali concomitantem, non formaliter. Quae tamen omnia esse mera diverticula ac ter-